UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten

Calino, Cesare

Augspurg ; Graez, 1744

VD18 80280064

Feria II. Rogationum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49389

Visual Library

FERIA II.

ROGATIONUM.

1.

Omnis enim, qui petit, accipit. Luc. 11. v. 10.

Ad obtinendum orationis effectum parùm valent merita noſtra, ſed omnis illius vis eſt in meritis JESU Chriſti. Ideo *omnis*, nemine prorſus excepto, *qui* rectè & in Domino *petit, accipit.* *Menſe* II. *Diſc.* 46. *pag.* 252.

2.

Pater veſter de cælo dabit Spiritum bonum petentibus ſe. Luc. 11. v. 13.

Varia ſunt Orationis impedimenta, & maximum quidem eſt mortale peccatum in anima reſidens. Hoc removendum eſt per pœnitentiam & humilem deprecationem. *Menſe* II. *Diſc.* 47. *pag.* 268. *usque ad num.* 4.

3.

Dabit Spiritum bonum petentibus ſe. Luc. 11. v. 13.

Graviſſimi Peccatores non debent ab ora-

tione

tione deterreri: multò minùs homines timorati propter occurrentes in oratione tentationes deterreri ſe patiantur. *Menſe* II. *Diſc.* 47. *pag.* 276. *à num.* 4. *usque ad* 6.

4.

Omnis enim, qui petit, accipit, Luc. 11. *v.* 10.

Tertia conditio ad bonam orationem requiſita eſt, ut fiat *piè.* Petis quidem pro te: petis neceſſaria ad ſalutem: at niſi eadem cum devotione interiori & exteriore petas, difficulter impetrabis. Orandum eſt ergò devotè. *Menſe* II. *Diſc.* 48. *pag.* 302. *à num.* 6. *ad finem.*

5.

Propter improbitatem ejus ſurget. Luc. 11. *v.* 8.

Non debemus credere, precibus iſtis, quas triduo Rogationum fundimus, rem omnem jam eſſe confectam, Deúmque obligari ad tribuenda nobis, quæ petivimus: perſeverare in oratione debemus. *Menſe* II. *Diſc.* 49. *pag.* 310. *usque ad num.* 4.

IN